

1154, 26 mayo

*Bertrando, hijo de Ponz Esteban de Jaca, vende a Jofre, sobrino de Isaac, y Maria, cónyuges, tres campos en Huesca por 110 sueldos.*

A. 2-630.

B. *Libro de la Cadena*, núm. 653, pág. 337.

In Dei nomine. Hec est carta venditione quam facio ego Bertrando filius de Ponz Stephan de Jaca vobis Iofred nepot de Ysaach et uxori vestre Maria. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate et vendo vobis tres campos quam habeo in Osca. Prenominatos campos quod est unum in Guatathen de super ubi vocant in Cucuron. Habet adfrontaciones hoc suprascriptum campum ex parte oriente campo de illo Spital de Iherusalem et ex parte occidente campo de Iofre<sup>r</sup> comparator. Est alium campum ad illas nocheras de lo Vellito. Habet adfrontaciones ex parte oriente illa zequia qui pergit ad Alcoraz, ex alia parte illa via qui vadit ad Vincent. Hoc alium campum in Alchibila ad illo campo de rex. Habet adfrontaciones contra oriente campo de vobis medipso Iofred comparator, ex parte occidente campo de Burrello. Preclum placibile quod inter me et vos atque complacuit scilicet per CX solidos monete iaccensis de quatuor denariis quos semper in manu accepi et apud vos Iofred de hoc precio nichil inde remansit. Dono vobis fidancia de salvetate ex omnibus hominibus vel feminis secundum usum terre, Girard filius Guitard ut habeatis vos hos pre-nominatos campos vos et filii vestri franchos et liberos ad vestram propriam voluntatem facere per secula cuncta amen. Sunt testes et auditores de hoc suprascriptum Pere Magnet consanguineo de Bertrando, Hubet genero de mulier de zavalmedina, Iofred filius Passagaret, Robino nepot de Ysach, Gauzelmo filius Robino Pelliter, Arnalt Frondin.

Facta carta in octavis Pentecosten, feria IIII in quatuor temporibus, anno quando Raimundus Belencharius accepit Sibrana era M.C.LXXXX.II. Aliala VI solidos.